

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Erster Band.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1876.

Angebliche Bussvorschrift für den Langobardenkönig Aistulf.

Mitgetheilt von G. Waitz.

Das folgende Stück hat Bethmann aus zwei Handschriften abgeschrieben. In der einen zu Wolfenbüttel (Helmst. 454) hat es die Ueberschrift: *Judicium Paulini archiepiscopi Foroiuliensis de Haistulfo rege, qui uxorem suam occidit causa adulterii propter unius testimonium.* In der andern (2) Rom. Vatican. Nr. 5715 f. 34 (s. Archiv XII, S. 250) wird es eingeführt: *Stephanus V. Aistulpho.* Offenbar ist es eine spätere Fiction, vielleicht mehr um als Formel zu dienen als eigentlich auf Täuschung berechnet.

Admonere te cum lacrimis et multo^a gemitu cordis curamus, fili Haistulfe^b, si^c tamen filius dici debeas, qui tam crudeliter infelix homicidium perpetrasti. Nam occidisti uxorem tuam, partem corporis, legitimo^d tibi matrimonio^e sociatam, sine mortis^f causa, non tibi resistentem, non insidiantem quocumque^g modo vitae tuae. Non invenisti eam cum alio viro nefariam rem facientem, sed incitatus^h a diabolo, impio inflammatusⁱ furore, latronum^k more atrocius eam^l gladio tuo, crudelior omni bestia, interemisti. Et nunc post mortem eius addis iniquitatem super iniquitatem^m, filiorum tuorum improbe predo, qui matri non pepercisti, inducereⁿ super eam vis mortis causam post mortem per testem unum homicidam et reprobum et filios tuos orphanos esse^o fecisti. Cum^p nec sanctum evangelium nec ulla divina humanaque lex unius testimonio etiam idonei^q quempiam condempnet^r vel iustificet, quanto magis per illum^s tam flagitiosissimum et scelestissimum nec illa debuit viva condempnari, nec tu poteris^t post mortem eius

a) multo 1. multoque {2. b) Astulphe 2. c) set non f.
d) debes 2. d) c. tui m. tibi s. 2. e) patrimonio 1. f) c. m. 2.
g) quoquo 2. h) conciliatus 2. i) i. f. flammatus 2. k) latro-
cinii 1. l) fehlt 2. m) iniquitate 2. n) inducere — mortem
fehlt 1, wo propter u. h. et r. t. vorher nach pepercisti steht.
o) fehlt 2. p) Quoniam nec e. 2. q) idoneo 2. r) condempnat 2,
wo v. i. fehlt. s) istum fl. et scelestum 2. t) fehlt 2, wo p. e. m.
accusari.

excusari. Prius causa criminis subtiliter in^{a)} veritate fuerat investiganda, et tunc, si rea^{b)} fuisset inventa, secundum legis^{c)} tramitem debuit excipere ultionis vindictam^{d)}. Nam etsi^{e)} verum, quod absit, fuisset, sicut adulter ille^{f)} mentitus est, post octo^{g)} annos penitentia forsitan peracta dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses; occidere eam^{h)} tamen nullatenus debuisti. Non emin vult Deus mortem peccatoris, sed ut convertatur ad penitentiam et vivat. Idcirco placeat tibi consilium nostrumⁱ⁾, et fac hoc quod tibi melius et levius videri potest^{k)}. Miserere anime tue, ut non sis tuus tibimet-ipsi homicida. Relinque quapropter, rogamus^{l)} te, hoc malignum^{m)} seculum, quod te traxit ad tam inmanissimum peccati facinus. Ingrederere inⁿ⁾ monasterium, humiliare sub manu abbatis, multorumque^{o)} fratrum precibus suffragare^{p)}. Observa cuncta simplici^{q)} animo, que tibi^{r)} fuerint imperata, si forte ignoscat infinita Dei^{s)} bonitas peccatis tuis, et refrigescat^{t)} anima tua, priusquam crucieris^{u)} perpetuis flammis. Hoc tibi^{v)} melius et levius esse^{v)} certissime scias. Sin^{w)} autem penitentiam publicam permanens in domo tua vel in hoc mundo vis agere, quod tibi gravius^{x)} et durius et peius esse non dubites, ita ut agere debeas te^{y)} exhortamur: Omnibus diebus quibus vixeris^{z)} penitere debes^{z)}; vinum et omnem^{a)} siceram non bibas, carnem nullo^{b)} umquam tempore^{c)} comedas preter pascha et diem natalis Domini. In pane et aqua et sale penite^{d)}. In ieiuniis^{e)}, vigiliis, orationibus et elemosinis omni tempore persevera. Arma^{f)} numquam cingere, nec causam^{g)} in quolibet loco litigare presumas. Uxorem numquam ducas^{h)}, nec concubinam habeas, nec adulterium committas. In balneoⁱ⁾ numquam lavare presumas^{j)}, nec conviviis letantium commiscere. In ecclesiis^{k)} segregatus ab aliis christianis post ostium et^{l)} postes humiliter te ponas^{m)}, ingredientium etⁿ⁾ egredientium te suppliciter orationibus commendes^{o)}. A^{p)} communione sacri^{q)} corporis et sanguinis Christi^{r)} cunctis diebus vite tue indignum te existimans abstineas^{s)}; in ultimo tamen exitus vite tue die^{t)}

a) s. erat i. 2. b) ita 2. c) legem d. 2. d) sententiam 2.
e) si 2. f) fehlt 2. g) septem 2. h) t. e. 2. i) meum ut
facias 2. k) videtur 2. l) t. r. 2. m) malum q. 2. n) fehlt 2.
o) multorum 2. p) adiutus 2. q) supplici 2. r) fehlt 1. s) b. D. 2.
t) refrigeret animam tuam 2. u) p. cr. f. 2. v) fehlt 2. w) Si
a. publica penae 2. x) peius d. ac gr. 2. y) fehlt 1. z) num-
quam ullo 2. a) tempus 1. b) penitere 1. c) in v. i. o. el. 2.
d) Armis 2. e) nec umquam lit. 2. f) ducere, c. non habere n. a.
committere 2. g) balneum 2. h) fehlt 2, wo in c. l. numquam te
miscere. i) ecclesia 2. k) ac 2. l) repone 2. m) et e. te fehlt 2.
n) commendare 2. o) fehlt 2. p) Domini 2. q) te existimes 2.

pro^{a)} viatico, si merueris et si sit qui tibi^{b)} tribuat, tantummodo venialiter ut accipias, tibi concedimus. Sunt et alia multa que tibi durius et satis acius erant iuxta tam magnum^{c)} pondus peccati, infelix, adicienda; sed si hec omnia, que supra misericorditer dicta sunt, perfecto corde Domino^{d)} auxiliante feceris^{b)} et^{b)} custodieris, confidimus de immensa Dei clementia, remissionem te tuorum habiturum peccatorum; et secundum boni^{e)} iustique pastoris imperantis^{f)} iussionem absolvat te sancta ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, ut sis^{g)} per ipsius gratiam, qui eam sanguine suo adquisivit, solutus in celis. Sin autem aliter^{h)} feceris et sanctae matris ecclesiae tam salubrem admonitionemⁱ⁾ despexeris, ipse^{k)} tibi sis iudex, et in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis. Sanguis tuus super caput tuum; nos alieni^{l)} a consortio^{m)} tuo, pro aliorum filiorum Dei salute ipso opitulante omni sollicitudine intenti innitimur desudare et Domini attentius misericordiam cotidie implorare, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat Deus in trinitate perfecta per omnia secula seculorum amen.

a) si m. p. v. si 2. b) fehlt 2. c) i. Augustinum 2 ?
d) Deo 2. e) s. summi p. 2. f) p. dictum resolutum te 2. g) ut
p. i. gr. sis sol. 2, wo qui — adquisivit fehlen. h) a. f. et s. m.
e. fehlen 2. i) d. a. 2. k) i. t. s. iud. et fehlen 2. l) n. aligeni 1.
a tuo erimus c. 2, der so schliesst.